

RER. MEMOR. LIB. II. III

capillos in illarum gremio notauit, sic
tamen oculos auertit, ut nec vidisse vide-
retur, & tunc quidē, nihil hac de re, post
tempus, sciens in sermonem senectutis
incidit, filiam sciscitatus est: Vtrum suo
tempore canos, an nullas habere comas
mallet. Atque illi sine hæsitatione re-
spondenti, & caniciem caluitio preferen-
ti, sic insultauit: Cur igitur hæc ante tem-
pus te decaluant? Audita fama Herodis
Iudæorum Regis, quod infantes circa bi-
matum omnes in Syria natos, inter quos
mandasset & propriū filium occidi: Me-
lius est, inquit, Herodis porcū esse quam
filium. Alludens mori Hebraico, sic enim
carnibus suillis, sicut humanis abstineret.
Tragœdiām scribere adortus erat, cuius
mentionem inter studia eius feci, tragœ-
diæ nomen erat Ajax, eam enim siue iam
quod displicuisset, ut Macrobius refert,
siue incepsum stilo non succedente, ut
Suetonio videtur, aboleuerat: Et interro-
gantibus amicis: quid Ajax suus ageret? In
spongia inquit incubuit. Non consultè
(nisi fallor) ageremus, bona pars Scripto-
rum, si in iudicando de opusculis nostris,
huius ioci memoriam haberemus. Sed ne
forde iudicatior Augustus quam Princi-